

# De interpretatione editio nis secunde lib. i. s.

Eiusdem Boetii libri περὶ ἑρμηνείας ἀριστοτέλους eadem traductio: et in eam Commentariorum editio nis secunde liber primus.



Alexander in comentarijs suis hac se impulsurum cā p̄nunciat sum̄ p̄fisse longissimum ex̄positionis laborem. q̄d̄ in multis ille a prioribz sententijs scriptorum dissideret. Mibi vero maior persequendi operis causa est: q̄ non facile quisq̄z vel transserendi vel etiam cōmentandi continuam sum̄pserit seriem: nisi q̄ ve-

getius preteritatus priores postremosq̄z analyticos si vertendo aristotelem latino sermōi tradidit: sed trāserendo themistium q̄d̄ qui utrosq̄z legit facile intelligit. Albinus quoq̄z de eisdem rebus scripsisse p̄hibetur cuius ego geometricos quidem libros editos scio de dialectica v̄o diu multumq̄z questos reperire nō valui. Siue igitur ille oīno tacuit: nos pretermissa dicemus: siue aliquid scripsit. nos quoq̄z docti viri imitati studium in eadem laude versabimur. S; quāq̄z multa sint aristotelis que subtilissima philosophie arte celata sunt. Hic tamen ante oīa liber nimis et acumine sententiarum: et verborum breuitate constrictus est. Quocirca plus hic q̄z in decem predicamentis et positione sudabit. Idē ergo qd̄ vox sit diffiniendū est. hoc enim perspicuo et manifesto omnis libri huius patefiet intentio:

Ulagoge ad hunc librum.

**V**ox est aeris per linguā percussio: que per quasdam gutturis partes: que arterie vocantur: ab animali p̄fertur. Sūt enim quidam alii soni: qui eodem p̄ficiuntur flatu: quos lingua non percutit: vt est tussis. hec enim flatu fit quodam per arterias egrediente: s; nulla lingue impressiōe format: atq̄z ideo nullis subiacet elementis scribi enim nullo modo potest. Quocirca hec vox non d̄r sed tantum sonus. Illa quoq̄z potest esse diffinitio vocis: vt eam dicamus sonum esse euz quadam imaginatione significandi. Vox namq̄z cū emittitur significationis calicuius causa p̄fertur. Tussis vero cum sonus sit nullius significationis cā surrepit potius q̄z p̄fertur. Quare quoniam flatu noster ita se habet: vt si ita percutiat atq̄z formetur vt solum eum lingua percutiat: vox fit: si eum lingua ita percutiat: vt terminato et circumscripto quodam sono vox creat: locutio fit: que grece dicitur lexis. Locutio enim est articulata vox. neq̄z enim hunc sermonem. idest lexin dictionē dicemus iccirco q̄ p̄basin dictionem interpretantur lexin v̄o locutionem. Cuius locutionis partes sunt littere: que cum coniuncte fuerint: vnam efficiunt vocem coniunctam compositamq̄z: que locutio predicatur. Siue autēz aliquid q̄ cumq̄z vox significet. vt ē hic sermo homo: siue omnino nihil: siue positum alicui nomen significare possit ut est bliciri. hec enim vox cum per se nihil significet posita tamen vt alicui nomen sit: significabit: siue p̄ se quidem nihil significet: cum alijs vero iuncta designet: vt sunt coniunctiones: hec omnia locutiones vo-

cantur: vt sit propria locutionis forma vox composita que litteris describitur. vt igitur sit locutio voce op̄ est. idest eo sono quem percutit lingua. et vt vox ipsa sit per linguam determinata in eum sonum qui inscribi litteris possit: s; opus est eo sono quem percutit lingua. sed vt hec locutio significatiua sit. illud quoq̄z addi oportet vt sit aliqua significandi imaginatio: p̄ quam id quod in voce vel in locutione est p̄feratur. Aut certe ita dicendum sit. si in hoc flatu quez per arterias emittim̄: sit lingue sola percussio: vox est. Si v̄o talis percussio sit vt in litteras redigat sonum locutio est. q̄ si vis quoq̄z quedam imaginationis addatur: illa significatiua vox reditur. Concurrentibus igitur his tribus lingue percussio: articulo vocis sonitu imaginatione aliqua p̄ferendi fit interpretatio. Interpretatio namq̄z est vox articulata p̄ seipsam significans. Quocirca nō omnis vox interpretatio est. sunt enim animalium ceterorum voces: que interpretatio nis vocabulo non tenentur. nec omnis locutio interpretatio est: iccirco (vt dictum est) sunt locutiones q̄dam: que significatione carent et cum per se quedam non significant: iuncta tamen cum alijs significant: vt coniunctiones. Interpretatio autem in solis per se significatiuis et articulatis vocibz p̄manet. Quare cōuertitur vt quicquid sit interpretatio: illud significet. Et quicquid significat: interpretationis vocabulo nūcupetur: vnde etiaz ipse quoq̄z. Aristoteles in libris quos de arte poetica scripsit: locutionis esse partes syllabas et coniunctiones tradidit. Quare syllabe in eo q̄ sunt syllabe nihil omnino significant. Coniunctiones v̄o cōsignificare quidem p̄st: per se v̄o nihil designant. Interpretationis v̄o partes hoc libro constituit nomen et verbum: que. s. per seipsa significant. nihilominus quoq̄z orationem interpretationis esse constat: que et ipsa cū vox sit et significatiuis partibus iuncta: significatione nō caret. Quare quā nō de oratione sola s; et de nomine et verbo: nec vero de sola locutione sed et de significatiua locutione que est interpretatio: in hoc libro ab Aristotele tractat. Iccirco quā verbis atq̄z nominibus et significatiuis locutionibz nomen interpretationis aptat: a cōmuni noīe eoz de quibus in hoc libro tractatur. i. ab interpretatione ipse quoq̄z liber de interpretatione. inscriptus est: cuius expositionem nos. s. q̄z maxime a porphirio: q̄z etiaz a ceteris trāsferētes latina oratione digessimus. Hic. n. nobis expositio: et intellectus acuminis et sententiarū dispositione videt̄ excellere. Erūt ergo interpretationis due prime partes nomen et verbū. his enī quicquid ē in aī intellectibz designatur. his namq̄z tot̄ ordo orationis efficit. et inquantuz vox ipsa quidē intellectū significat: in has duas (vt dictum ē) secatur partes nomen et verbū: inquantū vero vox p̄ intellectū medietatē subiectas intellectui res demonstrat. Significatiū vocū. At. numerū in. r. predicamenta partitus ē. Atq̄z hoc distat libri huius intentio a predicamentoz in denarijs multitudinē numerositate collecta: q̄ hic quidē tñ de nūero significatiū vocū cum querat quantū ad ipsas attiet voces: q̄ significatiuis vocibus intellectus animi designent. q̄ sūt simplicia quidē nomina et verba: ex his v̄o cōposite orationes. Idem predicamentoz v̄o hec intentio est de significatiuis rerū vocibus dicere in tñ q̄stuz eas animi medietas significat intellectus. vocis enim quedā q̄litas est nomen et verbū q̄ nimirū illa ipsa. r. predicamēta significant. Decē nāq̄z predicamēta nunq̄z sine aliq̄ verbi qualitate vel nominis p̄ferūt. Quare erit libri hu-

## De interpretatione editionis secunde lib. i.

hinc intentio de significatiuis rerū vocib⁹ in tm̄i quan-  
tum cōceptiōes animi intellectusq; significant. de de-  
cem at̄ predicamentis libri int̄tio in eius cōmētario  
dicta est: qm̄ sit de significatiuis rerū vocibus: quot  
partibus distribui possit eaz significatio in tm̄i quan-  
tum p̄ sensū atq; intellectuū medietatē res subiectas  
intellectibus voces ipse valeant designare. In opere  
vō de arte poetica non eodē mō diuidit locutionē: s̄  
oēs oīno locutionis partes appositū confirmans esse  
locutionis partes elementa: syllabas: cōiunctiōes: ar-  
ticulos nomina: casus: verba orōnes. locutio nāq; nō  
in solis significatiuis vocibus constat: sed sup̄grediēs  
significatiōes vocū ad articulatos sonos vsq; cōstitit.  
Quelibet enim syllaba vel quelibet alia vox: que scri-  
bi litteris potest: locutionis nomine continetur: que  
grece d̄r̄ lexis. Sed non eodē mō interpretatio. huic  
nāq; nō est satis: vt sit hm̄di vox: que litteris valeat  
annotari. sed adhuc vt aliquid quoq; significet. p̄  
dicamentorum vō in hoc ratio cōstituta est: i quo be-  
due partes interpretatiōis res intellectib⁹ subiectas  
designant. Nam quoniam decem res omnino in omni  
natura repiuntur decē quoq; intellectus erūt: quos  
intellectus quoniam nomina ⁊ verba significant decē  
omnino erunt predicamenta: que verbis atq; nomi-  
nibus designentur. duo vō quedaz sunt idest nomen  
⁊ verbū: que ipsos significant intellect⁹. Sunt igitur  
elementa interpretationis verba ⁊ nomina proprie vō  
partes quibus ipsa constat interpretatio: sunt orōnis.  
Orationū vō alie sunt perfecte: alie imperfecte. per-  
fecte sunt: ex quibus plene id quod d̄r̄ valet intelligi  
imperfecte vō in quibus aliquid adhuc anim⁹ pleni⁹  
expectat audire: vt est socrates cum platone. Nullo  
enī addito adhuc orōnis intellectus p̄det ac titubat:  
⁊ auditor aliquid vltra expectat audire. Imperfectaz  
vō orationū ptes. v. sunt deprecatiua: vt iupiter oīpo-  
tens precibus si flecteris vllis. Da deinde auxiliū pa-  
ter: atq; hec omnia firma. Impatiua: vt vade age na-  
te voca sepheros ⁊ labere pennis. Interrogatiua: vt  
dic mihi dameta cuiū pecus: an melibeī. Vocatiua:  
vt o pater o hominū rerūq; eterna potestas. Enūcia-  
tiua in qua veritas vel falsitas inuenitur. vt p̄cipio  
arboribus varia est natura creandis. huius autem  
due partes sunt. est nāq; ⁊ simplex oratio enūciatiua  
⁊ composita. simplex: vt dies est: lux est. cōposita vt si  
dies ⁊ lux ⁊. In hoc igitur libro arist. de enūciatiua sim-  
plici oratione disputat: ⁊ de eius elementis nomine. s.  
atq; vō. Que qm̄ significatiua sunt: ⁊ significatiua  
vox ⁊ articulata interpretationis nomine cōtinet̄: de  
cōmuni (vt dictum est) vocabulo librū de interpreta-  
tiōe appellauit. Et theophrast⁹ quidē in eo libro quē  
de affirmatione ⁊ negatione cōposuit: de enūciatiua  
oratione tractauit: ⁊ stoici quoq; in his libris quos  
πρὸ ἀξίως καὶ ἀτὸν appellant: de eisdem nihilomin⁹  
disputant. sed illi quidem ⁊ de simplici ⁊ de non sim-  
plici orōne enūciatiua speculantur. Ap. vō in hoc li-  
bro nihil nisi de sola simplici enūciatiua oratione cō-  
siderat. Asp̄sius quoq; et alexander sicut in aliis Ari-  
stotelis libris: in hoc quoq; cōmentarios edidere. sed  
vterq; aristotele de oratiōe tractasse p̄nūciat. Mā si  
proferre aliquid oratione (ut aiunt ipi) interpretari ē  
de interpretatione nimirū liber veluti de oratione p̄-  
scriptus est: quasi vō sola oratio: ⁊ non verba quoq;  
⁊ nomina interpretationis vocabulo cōcludat̄. Eque  
namq; ⁊ oratio ⁊ verba ac nomina: que sunt interpre-  
tationis elementa: nomine interpretationis vocant̄.

Sed alexander addidit imperfecte sese habere libri  
titulum. neq; enim designare de qua oratione perferri  
p̄ferit. multe namq; (vt dictum est) sunt orationes: s̄  
adiendum vel subintelligendum putat de oratione  
illum scribere philosophica dialectica. idest qua ve-  
rum falsumq; valeat expediri. Sed qui semel solam  
orationem interpretationis nomine vocari recipit. in  
intellectu quoq; ipsius inscriptionis errauit. cur enim  
putaret imperfectum esse titulum: qm̄ nihil de qua  
oratione disputaret: adiecerit: vt si quis interrogans  
quid est homo. alio respondente animal. culpet ac di-  
cat imperfecte illum dixisse quid sit. qm̄ nō sit omnes  
differentias persecutus. Qd̄ si huic idest homini. sūt  
quedam alia cōmunia ad nomē animalis: nihil tamē  
impedit perfecte demonstrasse quid homo esset: eum  
qui animal dixerit. Siue enim differentias addat quis  
siue non: hominem animal necesse est esse. Eodē quo-  
q; modo ⁊ de oratione si quis hoc concedat primum  
nihil aliud interpretationem dici nisi orationem: cur  
qui de interpretatione inscripserit ⁊ de qua interpre-  
tatione dicat non addiderit: culpetur. Non enim est  
satis eum libri titulum etiam de aliqua continenti cō-  
munionem fecisse: vt nos eum ⁊ de nominib⁹ ⁊ verbis  
⁊ oratiōibus: cū hec omnia vno interpretatiōis nomi-  
ne continerēt̄: supra fecisse docuimus: cū hic liber ab  
eo de interpretatiōe nominat̄. s̄ q; addidit illā interpre-  
tationē solā dici: qua in oratione possit veritas ⁊ falsi-  
tas inueniri: vt ē enūciatiua oratio: fingentis est (vt  
ait porphyrius) potius significatiōes noīs q̄ docen-  
tis: atq; ille quidē ⁊ in int̄tiōe librū: ⁊ in titulo falsus  
est: sed non eodē mō de iudicio quoq; libri huius  
erat Andronicus enī librū huic Aristote. cē nō putat:  
quē alexā. vere fortiterq; redarguit. Quē cū acutus  
diligētēq; arist. librorū ⁊ iudicē ⁊ repertorē iudicauit  
rit antiquitas: cur in huius libri iudicio sit falsus: p̄-  
sus est magna admiratiōe dignissimū. Nō cē namq;  
ppriū aristotelis. hic conat̄ ostendere quoniam quedā  
aristo. in principio libri huius de intellectibus animi  
tractat: quos intellectus aīe passiōes vocauit: ⁊ de his  
se plenius in libris de aīa disputasse commemorat. ⁊  
quoniam passiones anime vocabat vel tristitiā vel gau-  
dium vel cupiditatē vel alias hm̄di affectiōes dicit  
andronicus ex hoc p̄bari huic librū aristote. nō cē: q;  
de hm̄di affectiōibus nihil i libris de aīa tractauit  
set: nō itelligēs i hoc libro aristotelem passiones aīe  
nō pro affectiōib⁹: sed pro intellectibus posuisse. hic  
alexan. multa alia addit argumēta. cur hoc opus ma-  
xime aristote. eē videatur. Ea nāq; dicūt hic que sen-  
tentis aristote. que sunt de enūciatiua oratione cōsen-  
tiant. Illud quoq; quod stilus ipse propter breuitatē  
pressior ab aristote. obscuritate non discrepat: vel q;  
theophrast⁹ vt i alijs solet cū de silib⁹ reb⁹ tractat q;  
scz ab aristotele ante tractata sunt: in libro quoq; de  
affirmatione ⁊ negatiōe iisdē aliquib⁹ verbis vti: q;  
bus in hoc libro aristoteles vsus ē. Idē quoq; theo-  
phrastus dat signū huic aristote. librū eē. in oibus. n.  
de quib⁹ ipse disputat post magistrū: leuiter ea tāgit  
que ab aristotele dicta aī cognouit: alias vō diligen-  
ti⁹: res nō ab aristotele tractatas exequit̄. hic quoq;  
idē faciat. nā q; aristoteles hoc libro de enūciatione  
tractauit leuiter ab illo transcurra sūt: q; vō magister  
eius tacuit: ipse subtiliori mō cōsiderationis adiecit.  
addidit quoq; hāc causā: qm̄ aristote. qdē de syllogis-  
mis scribere animatus nūq; id recte facere potuisset  
nisi quidā de propositionib⁹ annotaret. Nibi quoq;  
videt̄

ut hoc subtiliter perpendentibus liquere hunc librum ad analyticos esse preparatum. Nam sicut hic de simplicibus propositionibus disputat ita quoque in analyticis de simplicibus tantum considerat syllogismis: ut ipsa syllogismorum propositionumque simplicitas non ad aliud nisi ad continens opus aristotelis pertinere videatur. Quare non est audiendus andronicus: qui pro passionum nomen hunc librum ab aristotele operibus sepe separat. Aristoteles enim iccirco passiones anime intellectus vocavit: quod intellectus quos sermone dicere et oratione proferre consuevimus: ex aliqua causa atque utilitate profecti sunt. ut. n. dispersi homines colligerentur: et legibus vellent esse subiecti: ciuitatesque condere: utilitas quaedam fuit et causa: quocirca que ex aliqua utilitate veniunt: ex passione quoque venire necesse est. Nam ut diuina sine ulla sunt passione ita nulla illis extrinsecus utilitas valet adiungi. Que vero sunt passibilia: semper aliquam causam atque utilitatem quibus sustententur inueniunt. Quocirca huiusmodi intellectus qui ad alterum oratione proferendi sunt: quoniam ex aliqua causa atque utilitate videtur esse collecti: recte passiones animi nominati sunt. Et de intentione quaedam: et de libri inscriptione: et de eo quod hic maxime aristotelis liber esse putandus est: hec dicta sufficiant. Quid vero utilitatis habeat: non ignorabit: qui sciet qua in oratione veritas constat et falsitas. In sola enim enunciativa oratione hec consistunt. id est vero que diuidant verum falsumque: quod verum diffinitive. vel que varie et mutabiliter veritatem falsitatemque partiantur. que verum iuncta dici possunt. cum separata valeant predicari que separata dicantur. cum iuncta non sint predicata. que sunt negationes cum modo propositionum que eorum consequentia. aliaque plura in ipso opere considerator poterit agnoscere. quare magna experitur utilitatem. qui animam cura alicuius inuestigationis aduerterit. Sed nunc ad ipsius aristotele verba veniamus.

**P**rimus oportet constituere. quid sit nomen. et quid sit verbum. postea quid negatio et affirmatio. et enunciativa. et oratio: **L**ibrum inchoans de quibus in libro ordine tractaturus sum: ante proposuit: ait enim oportere prius de quibus disputaturus est diffinire. hic enim constituere diffinire intelligendum est: determinandum namque est quid hec omnia sint id est quid nomen sit: quid verbum et. que elementa interpretationis esse predicimus. Sed affirmatio atque negatio sub interpretatione sunt. Quare nomen et verbum affirmationis et negationis elementa esse manifestum est. his enim compositis affirmatio et negatio coniunguntur. Existit hic quedam questio cur duo tantum se nomen et verbum de terminare promittat. cum plures partes orationis esse videantur. Quibus hoc dicendum est tantum aristoteles. hoc libro diffinisse: quod tamen illi ad id quod instituerat tractare suffecerit tractat namque de simplici enunciativa oratione quod scilicet huiusmodi est: ut iunctis tantum verbis et nominibus componatur. Si quis nomen iungat et verbum et dicat. socrates ambulat. simpliciter enunciativam fecit orationem. Enunciativa namque oratio est (ut supra memoravi) que huius in se veri falsi ve designationem. sed in hoc quod dicimus socrates ambulat. aut veritas necesse est ut contineat aut falsitas hoc. n. si ambulante socrate dixit est si non ambulante: falsum est: perficit ergo enunciativa oratio simplex ex solis nominibus atque verbis. Quare superfluum est quod rere: cur alias quoque que videntur orationis partes non proposuerit: quod non totius simpliciter orationis sed tantum simplicis enunciationis instituit elementa partiti. quam

quod hec due proprie partes orationis dicende sint nomen et verbum. hec enim per se se utraque significant. Coniunctiones autem vel propositiones nihil omnino nisi cum aliis iuncte designant. Participia vero verbo cognata sunt: vel quod a gerundio modo veniant: vel quod tempus propria significatione contineant. Interiectiones vero atque pronomen nec non aduerbia in nominis loco ponenda sunt: iccirco quod aliquid diffinitum significant: ubi nulla est vel passio nis significatio vel actio. Quod si casibus horum quedam flecti non possunt: nihil impedit. Sunt enim quedam nomina que monoptota vocantur. quod si quis longius ista et proxime petita esse arbitretur: illud tamen concedat quod supra iam diximus. non esse equum calumniari ei: quod non de omni oratione: sed tantum de simplici enunciativa: proponat: quod tamen sibi ad diffinitionem sumperit. quantum arbitratus sit operi instituto sufficere. quod dicendum est aristoteles non omnes orationis partes opere hoc velle diffinire: sed tantum solius simplicis orationis enunciativae: que sunt. scilicet nomen et verbum. Argumentum autem huius rei hoc est: postquam enim proposuit dicens. Primus oportet constituere quid sit nomen et quod verbum. non statim inquit quid sit oratio: sed mox addidit quod negatio et quod affirmatio: et quod enunciativa: postremo vero quid oratio. quod si de omni oratione loqueretur: post nomen et verbum non de affirmatione et negatione: et post hanc de enunciativa. sed mox de oratione dixisset. Illud vero quoniam post nominis et verbi propositionem affirmatiorem et negationem et enunciativam et post orationem proposuit: consistendum est id quod ante diximus non orationis vniuersalis. sed simplicis enunciativae orationis: que diuiditur in affirmationem atque negationem: diuisionem partium facere voluisse: que sunt nomina et verba. hec enim per se ipsa intellectum simpliciter seruant. que eadem dictiones vocantur sed non sole dicuntur. Sunt namque dictiones et alie quoque ut orationes vel imperfecte: vel perfecte cuius: plures esse propter supra iam docui: inter quas perfecte orationis species est enunciativa. Et huius quoque alia simplex: alia composita est. De simplicis vero enunciationis speciebus inter philosophos commentatoresque certat. Auant enim quidam affirmationem atque negationem enunciationi ut species suppositi oportere: in quibus et porphyrius est. Quidam vero nulla ratione contenti sunt: sed contendunt affirmationem et negationem equiuoca esse: et vno quidem enunciationis vocabulo nuncupari. Preedicari autem enunciativam ad utramque ut nomen equiuocum: non ut genus vniuocum: quorum princeps alexander est: quorum contentiones apponere non videtur inutile. Ac prius quod modis affirmationes atque negationem non esse species enunciationis alexander putet: dicendum est. post vero addam qua porphyrius hec argumentatione dissoluerit alexander. namque iccirco dicit. non esse species enunciationis affirmationem et negationem: quoniam affirmatio prior sit prioris vero affirmationem iccirco conatur ostendere: quod omnis negatio affirmationem tollat ac destruat: quod si ita est prior est affirmatio: que subtrahat: quam negatio que subtrahat. si quibus autem prius aliquid et posterius est illa sub eodem genere potest non possunt: ut in eo titulo predicamentorum deum est qui de eis que sunt sit inscribitur. Amplius negatio igitur diuisio est: affirmatio compositio atque coniunctio est. Cum enim dico socrates uiuit: uita cum socrate coniuncta cum dico socrates non uiuit. vitam a socrate disiuncta. diuisio igitur quedam negatio est: et coniunctio affirmatio: compositi autem est coniunctioque diuisio. Igitur affirmatio quaedam est coniunctio. negatio uero compositi coniunctioque est diuisio. Prior igitur est coniunctio: quod est affirmatio. posterior vero diuisio: quod est negatio. Illud quoque adiecit: quod omnis per affirmationem facta enunciativa simplicior sit per negationem

## De interpretatione editionis secunde lib. i.

facta enūciatione. Et negatiōe enī pticula negatiua si sublata sit affirmatio sola reliquit. De eo. n. qd est socrates non viuit: si nō particula que ē ad verbū auferat remāet socrates viuit. Simplicior igit affirmatio ē q̄ negatio. Prius vō sit necesse est qd simplici est: in q̄titate ēt qd ad q̄titate minus est: prius est eo qd ad q̄titate plus est. Ois vō oratio quantitas ē sed cuz dico socrates ambulat minor oīo est: q̄z cū dico socrates non ambulat. Quare qm̄ fm̄ quantitates affirmatio minor est: eam priorem quoqz eē necesse ē. Illud quoqz adiunxit affirmationē quēdā eē habitū negationē vō priuationem: sed prior est habitus priuatione. Affirmatio igit negatione prior ē. Et ne singula persequi laborem: cū his aliisqz modis demōstret affirmationem negatiōe priorē esse: a cōmuni eas genere separauit. Nullus. n. spēs arbitrat sub eodē genere esse posse: in quib⁹ prius vel posterius aliqd cōsiderat. Sed porphyrius ait sese docuisse spēs enūciationis eē affirmationē et negationem in his cōmētariis quos in theophrastū edidit. hic vō alexandri argumentationē tali rōne dissoluit. Aut enī nō oportere arbitrari quecūqz quolibet mōdō priora essent aliis: ea sub eodē genere non posse poni. S; quecūqz secundū eē suū atqz subaz priora vel posteriora sūt ea sola sub eodē gñe non ponunt. Et recte dī. Si. n. qcqd quolibet mōdō prius est: cū eo q̄ posterius est sub vno gñe eē non pōt: nec primis substātiis et secundis cōmune genus poterit esse suba. qd qui dicit: a recto ordine rationis exorbitat. Sed quēadmodum q̄z q̄z sint priē et secūde sube: tñ vtreqz eāliter in subiecto nō sūt. et iccirco eē ipsoz et eo pendet. q̄ in subiecto nō sūt. atqz id sub vno sube gñe collocant. ita quoqz q̄z q̄z affirmationes negationib⁹ in oīonis prolotione priores sint: tñ ad eē atqz ad rām ppam equaliter enūciatiōe participant. Enūciatio vō ē in qua veritas et falsitas inueniri pōt. Qua in re et affirmatio et negatio eāles sūt. Eāliter. n. affirmatio et negatio veritate et falsitate participant. Quocirca qm̄ id q̄ sunt affirmatio et negatio: eāliter ab enūciatione participant: a cōmuni eas enūciationis gñe diuidi nō oī. mihi quoqz vī q̄ porphiriū sit sequenda sentētia: vt affirmatio et negatio cōi enūciationis gñe supponatur. Lōga nāqz illa et multiplicia argumenta alexandri soluta sūt: cū demonstrauit porphirius nō modis omnibus ea q̄ priora sunt: sub cōmuni genere cōstitui atqz poni non posse. Sed quecūqz ad esse proprium atqz substantiā priora sunt: illa sola sub cōmuni genere cōstitui atqz poni nō posse. Syrianus vō cui philoren⁹ cognomē est: hoc loco q̄rit: cur pponēs pri⁹ de negatione: post de affirmatione pronunciauerit dicēs. Prius oī conſtituere quid sit nomen: et quid verbum. postea quid negatio et affirmatio. et primo quidem nihil proprius dixit. qm̄ in quib⁹ affirmatio potest et negatio provenire: prius esse negatio: postea vō affirmatio potest: vt de socrate si sanus ē. pōt ei talis affirmatio aptari vt de eo dicatur socrates sanus est: et h̄mōi pōt aptari negatio vt: de eo dicatur socrates san⁹ nō ē. qm̄ ergo in eū affirmatio et negatio poterit puenire. prius euenit ut sit negatio q̄z affirmatio. an. n. q̄z natus eēt potuit de eo dici socrates san⁹ non ē. qui enī nat⁹ nō erat. nec esse poterat sanus. huic illud adiecit seruare arist. cōuersam propositiōis et executiōis distributionē. hic. n. pri⁹ post nomen et verbū de negatiōe proposuit: post de affirmatione: et hic de enūciatiōe tertio de affirmatiōe: postremo vō de oīone: s; ppo

sita diffinitione: nominis et verbi prius oīone: postea enūciationē et affirmationē: vltio vō loco negatiōem determinauit: quā hic post propositiōe verbi: et nōs primā locauerat. Ut igit ordo seruetur cōuersus: iccirco negationē prius ait eē propositā: q̄ in expositiōe ab alexandri quoqz sentētia nō discedit. Illud quoqz ē additum q̄ nō eēt inutile enūciationē genus affirmationis et negationis accipi oportere: q̄ q̄z q̄z (vt dcm̄ ē) ad plationē priorē ē affirmatio: tñ ad ipsaz enūciationem. i. veri falsiqz vim vtrasqz eāliter sub enūciatione aristoteles constituit. Id ēt aristoteles probare dicit. premisit. n. primā negationē: sedam posuit affirmationē que res nihil h̄z vitii. si ad ipsaz enūciationē affirmatio et negatio ponant eāles. que enī nā equalis sunt. nihil retinent contrarii indifferenter accepte. Est igit ordo: q̄ proposuit primū totius oīonis elementum. s. nomen et verbū: post hec negationē et affirmationem. que spēs enūciationis sunt. Quoz genus. i. enūciationem tertiam nominauit: quartā vō orationem posuit: que ipsius enūciationis genus est. et hoz se diffinitiones oīuz datuz esse promisit: quas inter reliquens atqz preteriens et in posteriorem tractatū differens: illud nunc addit: q̄ sunt verba et nōs: aut qd ipsa significant. q̄re aīqz ad verba aristotelis ipsa veniamus: panca cōiter de nōibus atqz verbis: et de his q̄ significāt a verbis ac nominibus disputemus. Siue. n. q̄libet ppetua iterrogatio sit atqz respōsio: siue perpetua cuiuslibz oīationis cōtinuatio: atqz alteri⁹ auditus et itelligētia: siue hic qdē doceat: ille vō discat: trib⁹ his totus orandi ordo pficit: reb⁹: itellectib⁹: atqz vocibus. Res. n. ab intellectu concipitur. Uox vō conceptiōes aī itellectusqz significat. ipsi vō itellectus et concipiūt subiectas res et significant. a vocibus. Cū igit tria sint hec. per que omnis oratio collocutioqz pficit: res que subiecte sunt: itellectus qui res concipiūt: et rursus a vocib⁹ significāt. Uoces vō que itellectus designāt quartū quoqz qdā est: quo voces ipse valeant designari. id autem sūt lre. Scrippte namqz littere ipsas significant voces. Quare q̄tuor ista sunt: vt lre quidē significēt uoces: uoces vō itellect⁹: itellectus aut res cōcipiant: que. s. habet q̄ndam non confusam neqz fortuitā consequētia: s; terminato nature sue ordine cōstāt res. n. semp cōmittatur eum: qui ab ipsis cōcipitur: itellectū: ipsum vero itellectū vox sequit: sed: uoces elementa. i. littere. rebus enim ante propositis et in propria substantia cōstitutis itellectus oriunt. Re; enim semper itellectus sunt: quib⁹ itez cōstitutis mox significatio vocis erigitur. p̄ter itellectū namqz vox penitus nihil designat. Sed qm̄ voces sunt: iccirco littere: quas vocamus elementa. reperte: sūt: quib⁹ vocū q̄litas designatur. ad cognitionem vō cōuersim se se res h̄z. nāqz apud quos eodem sunt littere: et qui eisdem elementis vtūtur: eisdē quoqz nominibus eos ac verbis. i. vocibus vti necesse est: et q̄ vocibus eisdē vtunt: iudē quoqz apud eos itellectus in animi cōceptione versant. Sed apud quos iudez itellectus sunt: eisdē res eoz itellectib⁹ subiectas eē māifestū est s; hoc nulla ratione cōuertit. Illāqz apud quos eedē res sūt: iudemqz itellect⁹: nō statim eedē voces eedēqz sūt littere: nā cum romanus grecus ac barbarus sil videant equū h̄nt quoqz de eo eundē itellectuz q̄ equ⁹ sit: et apud eos eadē res subiecta ē: idēqz a re ipsa cōcipit itellectus. sed grecus aliter equū vocat: alia queqz vox i eā significatiōe romana est: et barbar⁹ ab vtroqz i eā signatione

signatiōe dissentit. quocirca diuersis quoque voces proprias elementis inscribunt. Recte igitur dictum est apud quos eadem res idemque intellectus sunt: non statim apud eos vel eadem voces vel eadem elementa consistere. Precedit autem res intellectus: intellectus vero vocem, vox litteras, sed conuerti hoc non potest, neque si littere sunt: mox aliquid ex his significatio vocis existit. Dominibus namque qui litteras ignorat: nullum nomen quolibet elementa significant: quippe que nesciunt, neque si voces sunt: mox intellectus esse necesse est. Plures enim voces inueniuntur: quae nihil omnino significant, nec intellectui quoque subiecta est res semper sunt enim intellectus sine re vlla sibi subiecta: ut quos cetera tauros vel chimeras poete finxerunt. *hoy. n. intellectus* sunt: quibus subiecta est nulla substantia. Sed si quis ad nomen redeat eamque consideret diligenter: agnoscat cum res est eius quoque intellectum esse. Quod si non apud homines: certe apud deum: qui proprie diuinitati substantie ipsa natura ipsius rei nihil ignorat. Et si est intellectus et vox est, quae si fuerit vox: eius quoque sunt littere: quae si ignorant: nihil ad ipsam vocis naturam. Neque enim, quae eadem est vox intellectus: aut vox causa litterarum: ut cum eadem sunt apud aliquos littere: necesse sit eadem quoque esse nomina et verba. Ita quoque cum eadem sint res vel intellectus apud aliquos: non mox necesse est intellectum ipsorum vel rerum eadem esse vocabula. Namque cum eadem sit res et intellectus homines: apud diuersos tamen homines huiusmodi substantia aliter et diuerso nomine nuncupantur, quare voces quoque cum eadem sint: possunt littere esse diuerse: ut in hoc nomine quod est homo cum vnum sit nomen diuersis litteris scribi potest, namque que latinis litteris scribi potest: potest etiam grecis: post alios nunc primus inuentis figurarum figuris. Quare quoniam apud quos eadem res sunt: eodemque intellectus esse necesse est: apud quos idemque intellectus sunt: voces eadem non sunt: et apud quos eadem voces sunt: non necesse est eadem elementa constitui: dicendum est res et intellectus: quoniam apud omnes idemque sunt: esse naturaliter constitutos, voces vero atque litteras: quoniam diuersis hominum positionibus permittuntur: non esse naturaliter sed positione. Concludendum est igitur quoniam apud quos elementa sunt eadem: apud quos eadem voces sunt: et apud quos eadem voces sunt: idemque sunt intellectus: apud quos autem idem sunt intellectus: apud quos quoque res eadem subiecte sunt. Rursus apud quos eadem res sunt idem quoque sunt intellectus: apud quos idemque intellectus: non eadem voces sunt: nec apud quos eadem voces sunt: eisdem semper litteris verba ipsa vel nomina designantur. Sed nos in supradictis sententiis elemento atque littera promiscue vti sumus. Quae autem sit horum distantia paucis absoluam. littera inscriptio est atque figura partis minime vocis articulate. Elementum vero sonus ipsius inscriptionis: ut cum scribo litteras que est a. a. formula ipsa: que atramento vel graphio scribitur: littera nominatur, ipse vero sonus: quo ipsam litterarum voce proferimus: dicitur elementum, quocirca hoc cognitio illud dicendum est: quod is qui docet: vel qui continua oratione loquitur, vel qui interrogat, contrarie se habet his vel qui discunt: vel qui audiunt: vel respondent in his tribus voce, scilicet intellectu: et re, pretermittant littere propter eos: qui earum sunt expertes. Nam qui docet et qui dicit: et qui interrogat: a rebus ad intellectum profectus per nomina et verba vbi proprie actionis exercet atque officium. Rebus enim subiectis ab his capiunt intellectus, et per nomina et verba pronunciant, qui vero discit vel qui audit vel qui respondet: a nominibus ad intellectus progressus ad res usque peruenit. Accipiens enim is qui

discit vel qui audit vel qui respondet: docentis vel dicentis vel interrogantis sermonem quid vnusquisque illorum dicat intelligit: et intelligens rerum quoque scientiam capit: et in ea consistit. Recte igitur dictum est in voce intellectu atque re contrarie se se habere eos qui docent dicunt interrogant: atque eos qui discunt audiunt et respondent. Cum igitur hec sint quatuor littere: voces: intellectus: et res proxime quidem et principaliter littere verba et nomina significant: hec vero principaliter quidem intellectus secundo vero loco res quoque designant. In intellectu vero ipsi nihil aliud nisi rerum significatiui sunt Antiquiores vero quorum est plato: aristoteles: siue chrysippus, et xenocrates hi inter res et significationes intellectuum medios sensus ponunt in sensibilibus rebus vel imaginatiōes quasdam: in quibus intellectus ipsius origo consistat. Et nunc quidem quid de hac re stoici dicunt pretermittendum est, hoc autem ex his omnibus solum cognosci oportet: quod ea que sunt in litteris eadem significant orationem que in voce consistit: et quod ea que est vox oratio: animi atque intellectus orationem designat: quae tacita cogitatione conficitur: et quod hec intellectus oratio subiectas principaliter sibi res concipiat ac designet. Ex quibus quatuor duas quidem aristoteles esse naturaliter dicit res et animi conceptiones id est eadem que sit in intellectibus orationem: idcirco quod apud omnes eadem atque immutabiles sunt, duas vero non naturaliter sed positione constituit que sunt scilicet verba et nomina et littere: quas idcirco naturaliter firmas esse non dicit: quod (ut supra demonstratum est) non eisdem vocibus omnes: aut eisdem vtantur elementis atque hoc est quod dicit

**S**unt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionum note, et ea que scribuntur eorum que sunt in voce, et quemadmodum nec littere eadem omnibus, sic nec eadem voces. Quorum autem he primorum note sunt: eadem omnibus passiones anime sunt, et quorum he similitudines sunt, res idem eadem. De his quidem dictum est in his que dicta sunt de anima, alterius enim est negotium.

**C**um igitur prius preposuisset nomen et verbum: et quemcumque secutus est: postea se diffinire promississet: hec interim pretermittens de passionibus anime de quibus earum notis: que sunt scilicet voces: pauca premit tit. Sed cur hoc ita interposuerit: plurimi commentatores causas reddere neglexerunt, sed a tribus tantum quantum adhuc sciam, ratio huius interpositionis explicata est, quorum, herminij quidem a rerum veritate longe disuncta est. At enim idcirco aristotelem de notis anime passionum interposuisse sermonem: ut vtilitatem propositi operis icularet. Disputaturus enim de vocibus que sunt note anime passionum rebus de his quedam ante premissit. Nam cum sue nullum anime passiones ignoret: notas quoque cum anime passionibus non nescire vtilissimum est neque enim ille cognosci possunt nisi per voces que sunt earum scilicet note. Alexan. vero aliam huiusmodi interpositionis reddit causam, quoniam inquit nomina et verba interpretatione simplici continentur. Oratio vero ex verbis non minibusque coniuncta est: et in ea iam veritas aut falsitas inuenitur, siue autem quilibet sermo sit simplex siue iam oratio coniuncta atque composita, ex his que significatur momentum sumunt. In illis, n. prius est eorum ordo et continentia: post redundat in voces, quocirca quoniam significatiui momentum ex his que significantur oritur: idcirco

# De interpretatione editionis secunde liber primus

primos de his que voces ipse significant: docere proponit. Sed herminius hoc libro repudiandus est. Nihil enim tale quod ad causas proprie sine pertinere explicuit. Alexan. vero strictim proxima intelligentia peruectus tetigit quidem causam: non tamen principalem rationem Aristotelice propositionis excoluit. Sed Porphyrius hic ipsam plenius causam originemque sermonis huius ante oculos collocavit: quod omnes apud priscos philosophos de significationis in contentione litterarum reteruit. At namque dubie apud antiquorum philosophorum sententias constituisse: quid esset proprie quod vocibus significaret. putabant namque alij res vocibus designari: earumque vocabula esse ea que sonuerint in vocibus arbitrabantur. Alij vero incorporeas quiddam naturas meditabantur. quarum essent significationes quecumque vocibus designarentur platonis aliquo modo species incorporeas emulati: dicentis hoc ipsum homo et hoc ipsum equus: non habet cuiuslibet subiectam substantiam: sed ipsum illum hominem specialem et illum ipsum equum vel et incorporatam cogitantes incorporeas quasdam naturas constituebant quas ad significandum prius venire putabant: et cum alijs item rebus in significationibus posse coniungi. ut ex his aliqua enunciatio vel oratio conficeretur. Alij vero sensus. alij imaginatio significari vocibus arbitrabantur. cum igitur ista esset contentio apud superiores et hoc usque ad Aristoteli peruenisset etates: necesse fuit ut qui nomen et verbum significatiua esse dicitur erat: predicaret quorum ista designatiua sint. Aristoteles enim nominibus et verbis res subiectas significari non putat: nec vero sensus vel etiam imaginatio: sensum quidem non esse significatiuas voces nomina et verba in opere de iustitia sic declarat dicens  $\phi\upsilon\sigma\epsilon\iota\ \varsigma\alpha\rho\lambda\iota\gamma\ \nu\epsilon\chi\theta\eta\sigma\alpha\upsilon\tau\alpha\ \tau\epsilon\ \upsilon\delta\eta\mu\alpha\ \tau\acute{\alpha}\kappa\alpha\iota\ \tau\acute{\alpha}\ \alpha\iota\sigma\theta\eta\mu\alpha\tau\acute{\alpha}$  que interpretari latine potest hoc modo. Natura enim sunt diuersa intellectus et sensus. differre igitur aliquid arbitratur sensus atque intellectus sed qui passiones anime a vocibus significari dicit: is non de sensibus loquitur. Sensus enim passiones corporis sunt. Si igitur ita dixisset passiones corporis a vocibus significari: tunc merito sensus intelligerem. Sed quoniam passiones anime nomina et verba significare proposuit: non sensus sed intellectus cum dicere putandum est. Sed quoniam imaginatio quoque res anime est dubitauerit aliquis ne forte passiones anime imaginatio: que greci phantasias vocant: dicat. Sed hec in libris de anima verissime diligentissimeque separauit dicens  $\gamma\iota\ \delta\epsilon\ \phi\acute{\alpha}\upsilon\tau\alpha\ \sigma\iota\alpha\epsilon\ \tau\epsilon\rho\upsilon\ \phi\alpha\sigma\epsilon\omega\sigma\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\pi\theta\phi\alpha\sigma\epsilon\omega\sigma\ \sigma\upsilon\mu\pi\lambda\omicron\kappa\eta\ \tau\acute{\alpha}\rho\upsilon\theta\eta\mu\alpha\tau\omega\upsilon\ \epsilon\gamma\iota\ \tau\delta\alpha\lambda\theta\eta\sigma\theta\eta\psi\ \epsilon\upsilon\lambda\omicron\alpha\sigma\ \tau\delta\epsilon\pi\omicron\omega\tau\alpha\ \upsilon\theta\eta\mu\alpha\tau\acute{\alpha}\ \tau\iota\delta\iota\omicron\iota\sigma\ \epsilon\iota\ \tau\omicron\upsilon\ \mu\eta\phi\alpha\alpha\upsilon\ \tau\omicron\sigma\ \mu\alpha\tau\acute{\alpha}\ \epsilon\iota\alpha\iota\upsilon\ \eta\ \delta\upsilon\lambda\epsilon\tau\alpha\ \alpha\lambda\lambda\alpha\ \phi\acute{\alpha}\upsilon\tau\alpha\ \sigma\ \mu\alpha\tau\acute{\alpha}\ \alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon\kappa\alpha\upsilon\epsilon\upsilon\ \phi\acute{\alpha}\upsilon\tau\alpha\ \sigma\ \mu\alpha\tau\omega\upsilon$ . Quod sic interpretatur. Est autem imaginatio diuersa ab affirmatioue et negatione. complexio namque intellectuum est veritas vel falsitas. primi vero intellectus quid discernabunt: ut non sint imaginationes an certe neque hec sunt imaginationes: sed sine imaginationibus non sunt. que sententia demonstrat aliud quidem esse imaginationes aliud intellectus: ex intellectu quidem complexione affirmationes fieri et negationes. quocirca illud quoque dubitauit: utrum primi intellectus imaginationes quedam essent. primos autem intellectus dicimus: qui simplicem rem concipiunt. ut si quis dicat socrates solum. dubitatque utrum huiusmodi intellectus: quod in se nihil neque veri continet neque falsi: intellectus sit: an ipsius loci imaginatio. Sed de hoc quo

